



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Thoma de aquino confessore Cap[itulum]. clxxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse martij occurrētibus Folio. lxxij.

eos longissima disputatione confutans. Tres libros sub illius nomine inscriptos se legisse: sed eis non multum credidisse propter stili dissonantiam tradit Bēnadius: qui hec de illo scripsit.

De sancto Martiano episcopo et martyre. Cap. clxxix.

Martianus martyr et episcopus apud terdonam passus est sub adriano imperatore agente prefecto sapritio. Qui a ciuitate mediolanensi ad partes illas ab imperatore delegatus ciuitate terdonā ingressus: martianū de xpianitate suspectū in carcere reclusum inuenit. Ad quē visitandū sanctus secundus miles tam a ca locero in ciuitate athen. in fide edorus: sed occultus xpianus cū sapritio venerat: eūq; satis videre desiderabat. Tunc educente ipm angelo martianus de carcere exiit: et sedm visitauit: atq; in dño confortauit: vt dicebat in passione secundū iij. kalen. aprilis. Post hec secundus mediolanū iuit: et ad sanctis faustino et iouita baptizatus fuit vt superius in corū passione dictum est. xv. kalen. martij. Corpus quoq; dñcum quod eis columba de celo detulerat: ab eisdem susceptum: partem ipsius martiano derulit: quē terdone in carcere reliquit. Rediens autē secundus cū iasnor esset: et ad ripā padū venisset: angelus dñi frenū equi accipiens super padū ipm transfudit: et vsq; ad terdonā perducens ad martianū in carcerem introduxit. Qui et secundus munus encharistie ex parte faustini presentauit: quo suscepto: secundus angelico mādato ad suos hospitiū rediit. Post hec martianus eductus de carcere cū laminis ferreis candentibus super verberis eius appositis illesus permansisset: a sapritio capitalē sententiā accepit. Et secundus corpus eius rapens sepeluit secūdo noñ. martij.

De sanctis Victor et Victorino mar. Cap. clxxx.

Victor et Victorinus martyres apud nicomediā ciuitatē passionis gloriā perceperunt. Qui per triennium cum claudiano et bassa vxore eius tormentis multū afflicti: et retri in carcerem. Ibidē vite sue cursum cū palma martyriū compleuerunt. ii. noñ. martij. Hec ado.

De sancto Thoma de aquino confessore. Cap. clxxxij.



Thomas confessor ordinis predicatorum ex illustri prosapia comitum de aquino patre laudulpho comite matre theodora nobilit de neapoli in confinis campanie et regni sicilie extitit oriundus. Lius ortus et vite progressus anteq̄ nascere: fuit diuinitus

premostratus. Nā a quodā heremita re et noie bono in partibus illis solitariā vitā ducere: martii eius existenti in castro suo noie rocha sicca: et q̄ esset pregnans adhuc ignorati fuit. p̄phetarū: q̄ filiū pareret Thomā noīandū: ordinis predicatorū habitū et regulā assumpturū et preclarū sapiētia in toto orbe futurū. Que omnia vt predixerat sunt cōpleta. Natus ergo puerulus thomas vocatus est. Quē cū die quadā nutrit balnearēt strictā cedulā vidit in manu ei: quas cū de manu ipsius vix mater auelleret: reperit in ea scriptā salutationē āgelicā. Sed puer fletibus et signis cedulā instāter reperit: quē sibi traditam. prius in ore positā trāsglutiuit. Et extūc in consuetudinē duxit: vt si quādo flet: nunq̄ desisteret: nisi aliqua sibi charta vel liber presentaret. Et cū adhuc vix scīret aliqua vba differere: cū libros videret ad eos festināter currebat. et chartas reuoluens tali se ludomore puerorū exercebat. Cū autē esset annorū. v. traditus ē a p̄e abbati monasteriū cassinē. vt ibi libris erudiret. Quē abbas vidēs eē mirabilis indolis ad patrē remisit: vt ipm ad neapolitanum studiū destinaret: perfectus sapientia imbuendū. Pater ergo ipsum annorū. x. neapolim destinauit: vbi in liberalibus sciētis modico tēpore oprime profecit. Sed cum sepius ad locum predicatorū pergeret: et fratrum sermones audiret: delectatus illorū sapientia et regulari vita relicto seculo annorū. xij. ordinē ingressus est: vbi sanctis operibus et studio sacre sapiētie vacare cepit. Quod fratres eius carnales patre tā defuncto audientes moleste tulerunt: et prius quidem ad ipm venientes: eumq; ab ordinē reuocare nitētes: nihil prius profecerūt. Tandem ab ipsis thomas violenter rapitur: et quasi per biennium turris custodie mancipatur. Cūq; nec minus nec blanditijs posset a p̄posito reuocari: p̄specie puelle impudice ad eum introducte: subuertere querūt animū innocētis. Qui mox de igne tritonē arripens suggestionē ignite libidinis extra camerā effugauit. Factoq; signo crucis i orone se p̄strauit: petēs cū lachrymis a dño sibi dari p̄petue continentie castitatem. Vox oranti duo angeli affuerūt dicentes ipsum a deo clementius exauditus: qui etiam cum cingulo quodam circa renes stringentes dixerūt: quod nullatenus dissoluetur. Et extunc in vira sua nunq̄ sensit stimulum venere voluptatis. Tandē mater ipsius dubitans diuine resistere volūtatī: et recordata eorū que de ipso predica fuerant: ipsa permittente per fratres ordinis ad ordinē est reductus: et quē sanctus dubitabat ne adhuc carnaliū fratrum persequeret priuata: et curauit de neapoli discedere: missusq; romā ad capitulū gñale: inde cū magistro iohāne teutonico iuit parisijs ibidē in sacre theologie studio mancipatus. Deinde missus colonā magis albertū virū sapia mira

bilem in philosophia et theologia habuit prece-
 ptore: ubi studio interius ab alijs condiscipulis
 quodammodo despiciebatur: eo quod in scholis nunquam
 verbum proferret. Et quod naturalis complexionem car-
 nosus erat bene mirum eum appellabant. Dum
 autem quidam ex fratribus de eius industria ali-
 qua notabilia conperissent: et hec magistro reue-
 lassent: ex mandato ipsius quandam questionem di-
 sputandam assumpserunt. Ad quam dum mirabilibus
 argumentis respondisset: magister albertus pro-
 phetico spiritu predicavit ipsum esse futurum bonum:
 qui talem daturus esset magistrum: quod totus eum
 mundus audiret. Post hec missus est baccha-
 larius ad studium parisiense. ubi post lecturam libri
 sententiarum: quam luculentissime transcurrit.
 Dum ad magistratum peteretur: ex humilitate re-
 putans se indignum potissime quod anno domini .xxx. non
 dum impleretur omnino recusabat. Cui apparuit
 sanctus quidam senior: qui sibi esse parte dei vel
 magistrum assumeret mandavit: et thema quod
 in sui sermone proponeret edocuit: auctoritatem:
 videlicet illam psalmi. Rigas montes de su-
 perioribus tuis etc. Sicque Thomas humiliter
 ad magistrum ascendit: in quo non segiter ma-
 gistri adhuc studio intendebatur: et velut apis spi-
 ritualia mella colligens: suo tempore mellita do-
 ctrinam eloquia infundebat. Tanto etiam gau-
 dio in contemplatione replebatur: ut pluries
 dum in secreto loco oraret: visus fuerit stare to-
 taliter elevatus a terra: nullo proorsus iunioris
 corporis fulcimine. Quoties autem disputare:
 legere: vel dicere voluit: prius ad orationis se-
 cretum accessit: et inde surgens inveniebat quod que-
 rebatur quasi in libro aliquo didicisset. Nam ut so-
 cio suo fratri reginaldo in professione revelavit:
 scientiam suam non tam humano ingenio vel studio
 quam orationis divinitus impetravit suffragio. Et
 quod cause per effectus cognoscuntur: quantum in
 eo divine sapientie gratia abundaverunt: si quis
 cognoscere velit per ipsius scripturarum opera per-
 cipere poterit. Hic doctor cum quadam nocte ora-
 tioni incuberet: visi sunt apostoli petrus et pau-
 lus: ipsum de recto aliquo dubio scripture prophete-
 tice plenissime instruentes. Et studium etiam con-
 templatione nimis: adeo a sensibus abstrahere-
 tur: ut quasi in extrahi raptus nullis sensibus vel
 moribus corporeis vti videretur: et quodammodo
 sepius mortuus vel in sensibus redderetur.
 Non solum enim inter homines stans homines non aduer-
 tebat: sed nec visibilia videbat: nec ad interro-
 gata respondebat. Aliquando etiam tanto fervore
 mentis studio contemplationis spiritu inbe-
 rebatur: ut de nocte ad librum sedens: et candelam ma-
 nu tenens: ac ipse candele consumpte caure-
 rium non sentiens: digitis multa adfusione lede-
 bat: et quasi lapis esset vel ferrum: nec per se sui
 meditatione retraherebat: plurimum autem miraculorum
 gloria claruit. Nam et puerum cecum illuminavit
 et mulierem a demonio vexatam liberauit: et

matronam sibi devotam in die pasche post predi-
 cationem a sanguinis profusione sanam effecit: aliosque
 plures a diversis languoribus extemit. Post hec
 vite ipsius termino proximante: cum nocte quadam
 apud neapolim devotius oraret: visus est a quodam
 fratre quasi duobus cubitis in aera elevari: et au-
 dita est vox ab imagine crucifixi: que thomam
 quia de christo optime scripserat: commendabat.
 Et quia exinde mercedem acceperat: eum querebat.
 Qui respondebat quod nihil nisi aliud ipsum christum
 recipere cupiebat. Et quia facta fuerat questio
 de mercede: dabatur intelligi de proprio laboris
 suo terminum imponendum. Tum enim ex mandato
 gregorii pape. et tunc romam ad concilium genera-
 le transiens per companiam infirmitate deprimen-
 tur: et in monasterio fossenone ordinis cister-
 tiensis honeste recipitur. Ubi languore ingravescente
 nec sic a doctrina si ueris sapientie se poterat con-
 tinere. Rogatus enim a monachis expositis eis
 cantica canticorum: ut sic ad cantica tenderet an-
 gelorum. Per triduum autem ante eius obitum stella
 cometes apparuit: que quid presignaret doctoris
 obitus patefecit. Nam sancto deficiente: stel-
 la defecit. Sicque ad extremam horam deveniens
 anno domini .D. cclxxiiij. etatis sue nonagessimo
 in pace quiescit non martij. In cuius obitu
 frater reginaldus testimonium perhibuit: quod
 ipsius sancti sepius et tunc confessionem audierat:
 et semper eivum puerum quinque annorum invenerat: quod
 nunquam sue carnis contagio sensit: nec mortalis
 criminis habuit in voluntate consensum. In hora
 vero transitus sui quidam frater vidit eum in scholis
 legentem: et sanctum apostolum paulum ad eum intran-
 tem. A quo dum thomas peteret: an in epistolis
 suis verum intellectum habuisset. respondit quod sic
 quantum quis vivens in corpore posset habere:
 Sed tamen eum volebat ducere: ubi clariorum in-
 tellectus haberet. Videbaturque sibi quod ipsum per
 capam tractum extra scholas educeret. Tunc fra-
 ter fortiter clamans: fratres ad auxilium inuita-
 bat: quod frater thomas ab eis tollebat. Ad cuius
 clamorem excitati fratres: et visa audientes dies
 et horam notaverunt: et tunc sanctum a corpore mi-
 grasse cognoverunt. Verum quod monachi fosse-
 noue timerunt ne corpus sancti per fratres sui
 ordinis tolleretur: ipsum de nocte clandestine ad lo-
 cum alium transtulerunt. Sed beato thoma preson-
 ri dicti loci apparere in somnis: et ipse de hoc
 durius increpare: corpus ad locum pristinum du-
 ctum est totaliter integrum: et tanto odore refra-
 grans: quod totum plaustrum suavitatem repletum est:
 ibique conditum requiescit: et miraculis glorio-
 sis refulget. Scripsit autem hic sanctus super
 omnibus libris dialectice et pene totius philo-
 sophie naturalis et moralis scripta elegantia et
 utilissima in multis voluminibus. Composuit
 et fallacias logicas rudibus peritiles. Scripsit
 et commentum super quattuor libris senten-
 tiarum. Summam theologie in libris quattuor: di-

De sanctis in mēse martij occurrētibus. Fo. lxxij.

hincā. Summā contra gentiles in libris quat-
tuor conspicuā. Eō posuit et scripta plurima su-
per libris diuine scripture plurimis. Sup quat-
tuor euangelijs. Super psalterio. Sup eplis
pauli. Sup. v. libris moysi. Sup cāctis cantu-
coy: et sup alijs plurib⁹. Scripsit et q̄stiones de
malo. de vitare. de potētia. de sp̄ialib⁹ creatur⁹
De aia. De strarib⁹. Et alia mltā signa et nota
bilia opuscula q̄ singula scribere nō occurrunt.

De sanctis Perpetua et Felicitate
et socijs martyribus Cap. clxxxij.

Perpetua et Felicitas martyres cū Saturnino: sa-
tyro: reuocato: et secūdolo in ci-
uitate tyburitano: nū mauritan-
nia passi sunt tēporib⁹ valerian-
ni et gallien imperatorū sub p-
consule tarrutio. Fuerūt autē saturninus et sa-
tyrus germani. Reuocatusq; fuit frater felici-
tatis. Qui oēs sacrificare cōtemētes a p̄d-
ico p̄cedūte in carcerē missi sunt. Erant autē
perpetua et felicitas ambe nobiles cōiugate. Fe-
licitas quidē pregnās erat: perpetua filium la-
ctentē habebat. Pater autē perpetue ad carcerē
venit: vt filia a p̄posito reuocaret: sed nō va-
luit. Vidit autē perpetua p̄visionē scalā aureā
ysq; ad celum erectā in dextra et leua cultris et
gladijs plenā ad eo angustam: vt nō nisi vnus et
paruus per eam inter gladios ascendere posset.
Sub ea draco teterrim⁹ et ingens iacebat: quē
cuncti ascendere volētes formidabāt. Viditq;
saryrū per eā sursum ascendentē: et cōsocios vt
ascenderent: similiter et ne draconē timerent et
horrantē. Quā visionē cum sancta ceteris recit-
tasset: oēs deo gratias egerūt: qz se vocatos ad
martyrium cognouerūt. Presentatū ego iudici
fuerūt vtrū a mulieribus separati. Eū autē felici-
tati suaderet: vt sui misereret: eo qd pregnās
esset: illaq; immobilis permaneret: cōpatiēs iu-
dex sibi quodāmodo: qz pregnās eā ad carcerē
reduci fecit. Eū autē parentes et vtrūq; cū
lachrymis eidē suaderēt: vt p̄sidi cōsentirer
paruulū quocq; sp̄ius lactentē ad collū eius sa-
ctassent: illa fortissimo aio paruulū abiciēs et
parētes ac vtrūq; contēnens in xp̄i cōfessione in-
uictissime p̄stitit. Quapropter iudex ipam cum
sanctis diuissime verberatā iterū carceri man-
cipauit. Scris autē p̄ felicitate orātib⁹ qz. viij.
mensū pregnans erat: subito in eā dolores ir-
ruerūt: peperitq; filium viuū. Qd p̄ses audies
eos omnes de carcere educi fecit: et ligatis post
tergū manib⁹ nudatisq; natib⁹ per plateas cir-
cūduct: deinde in amphitheatro duci et bestias
sibi laxari. Ex quibus satyrus et perpetua a leo-
nibus deuorātur. Reuocatus et felicitas a leo-
pardis comedunt: saturnin⁹ et secūdolos illesi
diuina voluntate seruant. Unde post hec saturni-
nus iussu p̄consulis decollatus finem accepit.

Secūdolos hō ad carcerē reductus ibidē et p̄-
rauit. Quorū omnīū corpora a fidelib⁹ in eadē
sunt vrbe tumulata. Qui passi sūt nōn. martij.

De sanctis Philemone et Apollonio
et socijs martyribus. Cap. clxxxij.

Philemon et Apollonio adria-
nus et theoticus cū
alijs tribus apud egyptum in ciuitate
antinohi. tēpore diocletiani au-
gusti sub p̄sede adriano passi sunt.
Eū em post mortē ascle martyris: de quo dictū
est. f. kalen. february. Philemon et apollonius
ad eius tumulū orare reperti fuissent a iudice
tenti sunt. Qui philemonē fecit primo alapis
cedē: deinde ligatū ad stipitem sagittari. Et cū
sagitte in aere penderent: accessit adrianus
vt videret: quē vna et sagittis percussis oculo
excecauit. sed euz philemon admonuit: vt se
mortuo ac sepulto de terra illa aqua infusa oculo
lum inungeret: sicq; visum recuperaret. At hō
adrianus fecit philemonem cum apollonio de-
collari. Sequenti die dum quasi tentatue sibi
a philemone cōsulta perficeret: lumē percepit
et confestim conuersus est ad christum. Quod
diocletianus audiens: misit theoticum cū alijs
tribus ad ipsum captendum. Accedensq; a-
drianus ad sepulchrum martyrum: et eorum im-
plorans auxilium: voce sancto: us de sepulchro
lapsa: in domino confortatur. Quod quattuor
illī protectores audientes stupefacti sunt. Euz
quibus adrianus ad imperatorem accessit. Et
quia per s̄ spiritum se in mare necandus cogno-
uerat: p̄cepit octo seruis suis: vt ipius corpus
die octauo ad mare expectarent: quod delphis
nus ad terrā portare debebat: illudq; sepultu-
re traderet. Eum autē coram diocletiano xp̄m
constanter confiteretur: iussit eum ligatū in fo-
ueā p̄fundā deponi: terra que de fossa fuerat
superiecta. Sed cum sero ad lectū pergeret: in-
uenit adrianus in cubili suo iacentē incolumē:
et cathenas ipius trahi appēsas. Tūc indigna-
tus imperator fecit eum in sacco cum arena li-
gato mergi: vna cum quattuor p̄toribus p̄-
dictis: qui ad ipm tenendū fuerant missi: quicq;
tantis visis miraculis ad xp̄m erāt cōuersi. Die
igif octaua serui adriani ad litus p̄solabant.
Et ecce quinq; sanctorū corpora sup quinq; del-
phines ad litus allata deducunt. Eum autem
serui dubitarent: ne corpus dñi sui ibi nō esset:
eo qd de se solo non de alijs p̄dixerat exportā-
do: subito vocē vnus ex delphinis loquentem
humanitus audierunt: et qd dñi sui corpus ibi
esset cū alijs quattuor vna secū passis intellere-
runt. Sicq; omnīū p̄dictorum corpora in tra
corpus ascle martyris sepelirunt: vbi et phile-
mon et apolloni⁹ tumulati quiescunt. Voz om-
nium passio recolif. viij. idus martij.

De sancto Pontio diacono et
martyre. Cap. clxxxij.

k